



1711 187296 60 pignori data

Sammelblatt!

D 172

L

20.

DISSERTATIO HISTORICA,  
DE  
**JUDÆO NON-  
MORTALI,**

Vulgo  
**Nom ewigen Judent/**

Quam  
ADJUVANTE DEO IMMORTALI,

CONSENSU

Amplissimæ Facultatis Philosophice,

Certaminis publici argumentum facient

PRÆSES

**M. CHRISTOPHORVS  
SCHULTZ,**

Regiom. Pruss.

ET  
RESPONDENS

**MARTINUS Schmied/**

Slavia Pomer.

SS. Theol. & Philos. Stud.

IN AUDITORIO PHILOSOPHORUM,  
ob argumenti raritatem recusa.

---

REGIOMONTI, Anno MDCCXI.

DITERRATIA HIGARICA

SC.

IUDÆO NON

MORTALI

YAGO

SCOTT CLOPPETI ÆMDCV

ADIVANTÆ DEO IMMORTALI

CONFESSIO

SCOTT CLOPPETI ÆMDCV

CLOPPETI SCOTT ÆMDCV

W. CHRISTIANUS



MARTINUS CLOPPETI

SCOTT CLOPPETI

ÆMDCV

IN VENATIONE PETRI OCHOBURG

ALLEGORICALLY

S. I.

  
Mæs humani casus sub incertæ sortis militant vexillo.  
Si nascitur infans, sicut quis struat fallaces astrologorum  
domos, & inquirat, sitne futurus dives an pauper? Sanus  
an infirmus? doctus num indoctus? erunt omnia in-  
certa, præter mortis eventum, qui certissimus. Illud est:  
armorum mortis insigne: *Nimini parco refert Valer.*  
Maxim. L. VII. c. II. de Anacharside, quod leges dixerit similes esse ar-  
neorum telis, in quibus infirmiora animalia hærent, valentiora perrum-  
pant. Lex illa mortis universalissima stringit debiles item ac fortes, hu-  
miles ac superbos:

*Pallida mons æque pulsat pede pauperum tabernas,*

*Regumque turres.*

inquit Horat. lib. I. Carm. Od. IV. Excogitarunt humanæ industria me-  
dium, quo famæ suæ æternitatis umbram conciliare solent eruditæ. *Ser-  
vatis tuus te nunc immerge alius, & produc memoriam aliquo scripto. Hoc*  
*enim unum est in rebus humanis opus, cui nulla tempestas noceat, quod*  
*nulla consumat vetustas,* scribit Senec. de consol. ad Polyb. c. XXXVII.  
Hac de re sibi gratulatur Horatius verbis ornatis pariter ac copiosis:

*Exegi monumentum aere perennius,*

*Regalique situ pyramidum altius;*

*Quod nec imber edax, aut aquilo impotens;*

*Possit diruere, aut innumerabilia;*

*Annerum series, & fuga temporum,*

*Non omnis moriar;*

lib. III. Carm. Od. XXX. Interim & sapienti mors est: cui velit, nolle  
vacandum est. Egypci domos exiguae, sepulchra vero adifarunt  
ampla. Hujus facti rationem dederunt, quod diu in sepulchrals breviter in-  
domibus se commoraturos esse sciant, ut tradit Cic. in Tuscul. Hanc  
mortis legem Seneca omnibus natu datam putat. Ex illo die, quo homo  
primam lucem vidi, sic moris ingressus est, accessuque fato propior;  
Et illi ipsi, qui adolescentie adduntur anni, vita detrahuntur, de con-  
sol. ad Marc. c. XI. Chrysostomus Tom. III. Homil. de Fid. & Sp. S. latius  
adhuc illam extendit: *Non solum, inquit, qui vivunt, mortis sententia*  
*feriuntur, sed & illi, qui nati non sunt.* Attamen Salvatorem nostrum  
tempore

A

tempore passionis, privilegium, de non moriendo, concessisse Iudeorum  
alicui, tradunt variis. Quid veritatis relatio ista continet, ostendemus.

S. II.

Referant nonnulli, fuisse tempore passionis Christi hominum natione ac genere Iudeum, qui Hierosolymis fortunatum suarum habuerit sedem. Cum vero Salvator noster meritissimes ad montem Calvaria deductus, sub crucis pondere gemiscens, ad fores ejus quietis gratia subfuisse voluerit, hominem illum nequissimum, bajulo huic dolcissimo affectata denegassequietem, quin minus ac verberibus gressum citius continuare coegisse, adeo ut Dominus noster crucifigendus iratus huic dixerit nebuloni: Erit mihi tandem quies, tu vero nequitiae gravissimas dabis poenas, qui ad extremum usque judicii diem hanc sentire non poteris. Hinc factum est, ut Iudeus ille adhuc superstes, per totum terrarum orbem irrequietus obserret. Ad tres redigi possunt clastes, qui hujus Iudei mentionem fecerunt. Alii enim verissimam credunt esse historiam, sic ut neminem de hac relatione sit habenda dubitatio. Primus, qui hujus sententiae tuerit partes, est Matthaeus Paris. Fuitis Monachus, scriptor Historiam Anglicanam majorem, in qua satis prolixa de Iudeo illo referit sequentibus: Archi-Episcopos quidam Armeniae in Angliam veniens, interrogatus de Josepho viro illô, de quo frequens sermo habetur inter homines, qui quando passus est Dominus (præsens fuit & locutus est cum eo, qui adhuc vivit in argumentum fidei Christianæ.) Si illum aliquando viderit, vel de eo quicquam audiverit. Respondit Archi-Episcopus, adferens rem gestam seriatis, & postea miles quidam Antiochenus de familia ejus, qui interpres illius erat . . . . dixit lingua Gallica: Benè novit Dominus meus hominem illum, & paulo ante, quam iter arripere ad partes occidentis idem Joseph in Armenia comedit ad mensam Domini mei Archi-Episcopi, quem multoties viderat & audierat loquentem. Et postmodum interrogatus de rebus gestis inter Dominum Jesum Christum & eundem Joseph, respondit: Tempore passionis Iesu Christi, cum captus a Iudeis in Praetorium adduxtos fuisset: ante Præsidem Pilatum, ut judicaretur ab ipso, accusantibus ipsum constanter Iudeis, cum Pilatus nullam causam mortis in eō inventisset, dixit ad eos: accipite eum vos, & secundum legem vestram judicate ipsum; Sed tandem invalescentibus clamoribus Judeorum, Pilatus is dimisit Barrabam, ad petitionem illorum, & tradidit iis Iesum, ut crucifigeretur.

Tran-

Transientibus autem Iudeis extra praetorium, cum venisset ad ostium, Cartaphilus praetorii ostiarius & Pontii Pilati, cum per Ostium exiret Jesus, pepulit eum pugno contemptibliter post tergum & iridens dixit: Vade Iesu ciuius, vade, quid moraris? Et Jesus severo oculo & vulnere spiciens in eum dixit: Ego vado, & expectabis, donec veniam; juxta verbum Domini, expectat a thuc Cartaphilus ille - versatur in lachrymis & timore Domini, metuens semper, & suspectum habens adventum Jesu Christi in igne seculum iudicaturi, ne ipsum in ultimo examine inveniat iratum, quem in passionem properantem iridens ad dignam provocavit ultionem. Veniunt ad eum multi de remotis mundi partibus, delectantes in ejus visione & confabulatione, quibus, si sint viri a ventici, de rebus interrogatus breviter questio[n]es solvit. Munera omnia respuit sibi oblata, virtu[m] moderato & vestitu contentus. In hoc semper ponit spem salutis suæ, quia ignorans deliquit, dicente Domino & orante: Pater ignosce illicis, quia nesciunt, quid faciunt. fol. 339, 340, & 827. Hunc secutus auctor Scripti anonymi, cuius titulus: Relation oder kürzer Bericht von zweien Zeugen des Leidens unsers geliebten Heylandes Jesu Christi/derer einer ein Heide/der ander ein Jude ic. Chrysostomus Dudulaeus in relation. Germania, quam publici juris fecit Anno MDCXLV. Joh. Georg. Hadeck. palatinus olim Pastor. A. MDCLXXXI. aliquot pagellas typis subjici curavit hac inscriptione: Nathanieli Christiano relation eiusdem Wallbruders mit Nahmen Akasverus ein Jude / welcher bey der Kreuzigung des Herrn Christi gewesen/ und von da annoch herumb und leben soll. His addi posse testimonium ex antiquis manu scriptis, quod ipse legit & refert M. Johann. Sebastian. Mitternacht in dissert. XIX. in locum Joh. c. XXI. v. 22, pag. 405.

### S. III.

Aliis suspecta videntur omnia. Hinc suspendendum iudicium, nec certi aliquid determinare audent. Ita tensit olim Thomas Bartholinus de latere Christi aperio c. VII. Fidem hujus ampliorem ne quis fieri, ne te ad relationes hujus Sutoris Polytropi amandem, qui superis annis maximam Europe partem emensus incerto solo, perenni adiuc vita fertur oberrare, aut ante ostium suum Hierosolymis de negata Christo sub crucis onere labenti quietis, perpetuas luctus pœnas inquietus. De ejus hominis reverani fide nihil animi determinare, quanquam etiam in publica nonnullorum alia sit relatis, plusque fidei habeam narrationem

num veritati, quam ipsius referentis. Vel enim monstrum sit homini, vel spectrum inferorum, vel superum, apparitor, quod judicium ad clariorū tribunal remitto, ne longias cause meā me proboeat momentū. Eadem tradit Henricus Bangertus in Comment. de ortu, vita & excelsu Antonii Coleri JCti Lubecensis, cuius verba sunt sequentia: Si quod doctrina eximium, aut usū ergo nū sō inter legendū offerret, non raro etiam si quid insolitum, aut rārum, in vītā occurret, ipse in re memoriā in Commentarios suos studiose retulit, & quam plurimis, ut nunc unum adducam, die XIV. Januarii Anno MDCLIII. adnotatum reliquit: Lubeca fuisse Judaeū illum immortalē, qui se Christi crucifixiōni interfuisse affirmaverit; de quo Judeo quid sentiendum sit, merito aliorum relinquo iudicio atque ad alia transeo. Hujus sententia etiam est Johanna Cluverus in Epitome Historiarum totius mundi pag. 759. & 760.

#### S. IV.

Alii tandem, quibus prima Sapientiae lex est: non temere credendum, relationem hanc apertam redolere fabulam dicunt. Hanc defendit opinionem Iurius Cæsar Bulengerus in Historia sui temporis fol. 357. Fama datum id tenoris, Judeū Christi temporibus aqualem mille jam & amplius annos toto terrarum orbe vagum & errorem sine cibo & poupa ari, a Deo ejus pene damnatum, quod ex fœverparum primus Christum cruci suffigendum, Barabam latronem ab unca & crucis terrorē vindicandum extamaverit, mox cum Christus onore crucis anhelans ad officium ejus, qui cetero erat, interquiesceret, cum verbi acerbitate eum amandaverit, cui Christus: quia tantillum quietis mihi invides, quiescam, & tu irrequiem erabis, ac mox diſlo ocyus recordem & vagum tota urbe errores suos ad hunc usque diem toto orbe continuare. Eum ipsum esse, qui visus fuerit, Amburgi anno MD LXIV. Credat Judea Apella; Hominem id temporis cum Parisiis agerem, non vidi, nec de eo satis certis autoribus audiri. Huic subscribunt D. Johann. Conrad. Dannhauer in Dramat. S. sive Christide Theat. II. Phantas. I. In Christo Sophia pag. 439. Item in Last Catech. part. V. concione LVII. pag. 1379. D. Aegidius Strauch. collegio privato Wittenberge habito in Histor. Ecclesiast. tit. de immortali Judeo. Item in Concionibus habiti Gedani Evangelicis Dominica Lætare fol. 442. D. Caspar Sagittarius in Harmonia Hist. pass. Jesu Christi part. II. pag. 725. Johann. Hein-

Heinricus Hottingerus in Hist. Ecclesiast. part. III. pag. 340. Nicolaus Heldvadert in *Sylva Chronologica circuiti Baltici part.* II. pag. 271. Jo-  
hann. Hornbeck. de convincendis Judeis prologom. §. V. M. Johann. Se-  
bastian. Mitternacht dissert. XIX. Johann. Christophorus Rumetschius  
in *Schediasmate Historico-Thrologico* pag. 97. M. Gottfried Thilo in *Me-  
letemate historico de immortalis Judeo*. His addi meretur Rudolphus Bo-  
toreus Comment. histor. L. XI. pag. 305. ubimentem suam de Judeo illo  
his explicat verbis : *Vereor, ne quis nugarum avilium probro me afficiat,  
si que tota Europa narratur de Judeo coevo Servatoris Christi fabulam  
hunc pagina inferam, nihil tamen vulgarius & nostrarium vernacula, bi-  
floria hoc profiteri non erubuit. Sic qui prius annales nostros scripserunt  
adspiculatores habeo --- cum non uno seculo in Hispania, in Italia, Germania  
et sum fuisse, atque agnitus hoc anno cum ipsum esse, qui visus Hamburgi Anno  
MD LXVI. Plura de eo vulgus comminiscitur, ut audax est adrumores  
quos ego, ne quid indictum sit resero.*

S. V.

Ultimæ sententiaz veritas aliquot defendi potest rationibus, quarum  
potissima à silentio petitur historicorum. Sane Evangelistæ fideliter nota-  
verunt ea, quæ circa Salvatoris nostri gesta sunt passionem, nec tamen ver-  
bo hujs Judæi mentionem fecerunt. Josephus qui propterfidele de Sal-  
vatore nostro testimonium magni faciendus, itidem nihil notavit. Euse-  
bius Pamphilus, Episcopus Cæsariensis decem, Socrates septem, Theodore-  
sus quinque, Sozomenus novem libris Historiam tradiderunt. Hi tanta  
religione, ne dicam superstitione notaverunt facta, ut etiam veris nonnun-  
quam interposuerint falsa. Eusebii Historiam continere falso notavit  
Calpar Hedio cit. Abrahamo Sculteto in Medull. Patr. part. III. pag. 6.  
*Sozomeni Historiam Sedes Apostolica recipere recusat, quoniam multa  
menius inquit Gregor. M. L. VI. Epist. c. CXCV. fol. 889. Nicephoro  
in delitius füre fabula, sic ut illum Isaacus Casaubonus exercitatione I. ad  
apparatum annual. Baronii numero XXV. autorem sine dubio vanissimum,  
futilissimum, & fabulosissimum dicat Conf. Camerarius in c. XI. Job. p. 267.  
D. Martin. Chemn. Exam. Concil. Trid. f. 668. 686. 689. D. Johann. Meis-  
nerus de persecut. Christi. §. XI. D. Conrad. Hornejus Compend. Hist. Eccles.  
L. I. c. I. p. 40. It. c. IX. pag. 43. D. Pappus. in Epist. Hist. Eccl. memb. I.  
pag. 51. Nullibi tamen hujs Judæi apparent vestigia. Tota Patria*

etatis ( quam Kekkermannus L. III. Syst. Logici c. VIII. ad tempora usque  
Augustini describit. Ivvelus contra Hardingum, Mylius contra Austria-  
eum quendam pontificium, ad tempora usque Gregorii durasse putant.  
D. Johann. Becham, in Disput. Theolog. disp. I. numero LXXX. ad Seculum  
VII. post Christum natum deducit. Alii decem Secula tribuunt Patronum  
wtati, Grth. Joh. Met. Theol. Stud. p. 281, ad Seculum XII. Patronum ex-  
tendit senem) hunc nescivit Judas. Cum ergo in tota antiquitate, nec  
vola uspiam relet, nec vestigium, temerarium est, relationem hanc omni  
fundamento desitutam animo concipere. Certè hi Scriptores veteris  
etatis, non omisissent, si scrivissent, scivissent omnino rem, si fuisset. vid.  
Melchior Canis. L. II. loc. commun. c. V.

s. VI.

Nec est ut excipiant, fabulae hujus Patroni, à Silentio ad negatio-  
nem vitiōs concludi: Res enim est magis momenti in toto Orbe unum  
oberrare hominem non mortalem. Quinipse Matthæus Paris in Histor.  
fol. 827 illum inter mundi mirabilia refert. In hujusmodi verò rcbg silenti-  
um, si ejus nulla subsit ratio, valer pro negatione. Prima lex Historico dato  
est, ne quid falsi dicere audeat, deinde ne quid non audeat, ne qua suspicio  
gratia sit inscribendo, ne qua similitatis. vid. Cicero de Orat. Polidor.  
Vergil. L. I. de Invent. Rer. XI. pag. 41. Huc referti possunt illa Joh. Mosei  
de ratione argumentandi à testimonio Historicorum; Autor probatus esse  
debet extra favorem & odium constitutus, & non perfunctione nec in-  
cidenter, sed ex profiso in Historia alicuius descriptione occupatus.  
Videtur insuper requiri, ut res, de cuius veritate disputatur, non sit  
vulgata & levis, sed magni momenti, quam nosse posteritatis multum  
interesset, & que illo tempore, quo gesta est curvis, poterat innotescere.  
— Sic de donatione Constantini M. ab Historicorum Silentio com-  
moniabilitam esse insertur. — cum nulla Silentii causa apparent. Va-  
lere argumentum illud imprimis in Historicis à Silentio ad negationem  
probavit Schökius in fabula Hamelensis pari. III. c. I. pag. 178. Ruper-  
tus observ. in Synopsis Besoldi e. XXI I. p. 677. Fama datum erat Se-  
culo secundo & sequentibus post N. C. Interpretes Græcos LXXII. singu-  
los in peculiari cellulæ inclusos Scripturae reliquissimæ editionem Græcam.  
Contra hos Hieronymus calamus strinxit, inferendo à Silentio Historie  
antique ad negationem: Nestio, quis primus autor septuaginta celu-  
bus suo mendacio extruxerit, quibus divisi eadem scripta veritate  
cum

etiam Arius eisdem Ptolomeo Imperatoriis & multa post tempora Josephi  
in hunc etate reuulerit, sed una Basilica congregates contulisse scribant. Praef. in  
Pentateuch. Hunc secuti Masius pref. in Giacam edition. Josue. Titel-  
mannus prolog. apolog. pre editione vulgata. Bellarm. lib. II. de Verbo  
Dei. VI. Hottingerus qui in thesauro philolog. lib. I. c. III. quæst. XIII.  
pag. 348. cellulas a fabulosis Thalmudistis exstructas esse scribit. Confer.  
Sixtinus Amama in Anti barbaro biblico lib. I. fol. 1. Gerhard. in Exeg.  
Loc. Theol. §. 507. Item Confessio Cathol. lib. II. speciali part. I. art. I.  
c. II. pag. 148. Daniel Chamier, Panstratia Cathol. Tom. I. fol. 46a.  
& seqq.

### §. VII.

Antiquis temporibus adeo inusitatim non erat, rebus factis Christianam doctrinam insinuare, ac interdum confirmare. Julianus Apostata Scholas claudi justis, ne forte Christianis imbuti principiis, Ethnico furori resistere valerent, prout testatur Ruffinus L. I. H. E. c. XXXII. Socrates lib. III. c. XIX. Sozomenus L. V. c. XVII. Apollinaris autem Pater & filius, huic malo succurrere laborans, carminibus sanctam exhibendo Scripturam. Pater enim omnem Hebreorum historiam ad Saulem usque Heroico carmine conscripsit, & Comedias ac tragedias ad Poetatum Grecorum imitationem composuit, vid. Micra, Synt. H. E. lib. II. Scđt. H. p. 442. Filius ex N. T. Evangelia & Scripta Apostolorum in dialegorum Platonicorum coegerit formam, teste Socrate in H. E. Hi Poetarum more veris insinuerant facta, adeo ut hinc etiam adscribi soleat in ventio de Christophoro M. cuius explicationem tradunt sequentes: Ac si Christophorus ille denotet Ecclesia Praconem, qui magnus esse debet ac grandi corpore, h.e. magnanimitus, perinde ac fortis. Gestare puerum h. e. Salvatoris nostri circumferre doctrinam. Describi ac delineari consuevit in mediis aquis, ubi simul ingentes bellum ipsi infidias struunt; quo pericula Sacerdotum ac Ecclesie hostes indicarunt; Panis, quem in pera secum circumferit, speciem Dei ac certissimam erga concionatores denotat providentiam. Senex, qui in littore cum lychno precedens pingitur, Scripturam s. adumbrare debet, qua lumine proprio concionatoribus justam aperit viam. vid. Nicol. Selne. part. III exam. ordinand. de lege moral. pag. 30. Illa tamen tempora tanta infecta est barbaries, ut facta à veris non dignoscere didicerint. Verè talem existuisse martyrem putat Serarius Litani. II. pag. 84. Beuldeous L. I. de Ecclesia ante legem c. IX.

pag.

pagi 53. Christophori hujes dentem molarem, qui pugno major fuit,  
se vidisse testatur Ludovicus Vives ad Augustini L. XV. de Civitate Dei  
e. IX. Jacob, Biderman. L. I. Epigramm. LXXXIX, sequenti huic parentat  
carmine:

Limina Christophorus stellata viderat aula  
Grandior; ad vastam limina parva domum  
(Nam brevis angustos arctabat janua postes  
Nec similis Magni porta Gigantis erat)  
Territus ergo, Poli caperet me regia, dixit;  
Janua mensura, si fore apta mea.  
Utendum ingenio est; humerotenuis altior exstet,  
Perque humiles cervix, non subit altifores.  
Iste alquis, strioloque caput divellit ferro,  
Verice transiri porta minore potest.  
Protinus excelsa caput à cervice refectum est;  
Magnaque Christophorus jam minor astra subit.  
Ingenium in multo quid queris turba cerebro?  
Plus sapit abjecto Christophorus cerebro.

### S. VIII.

In hunc usque diem Christophorus ille martyr fuisse creditur, cuius auxilium Pontificii sequentibus implorate parati: O Gloriosæ Marij Christophore, sis memor nostri ad Deum omni hora, & tuere sinemora, corpus sensum & honorem conserva, qui califlorum meruisti hic portare, intrâ ulnas ultra mare, nos pertantam dignitatem, fac utare pravitatem, amare corda tuto Deum vere laude, voto, praecurdis mundanis istis, & ut post mundi hujus tristis blandimonta, re presente perducamur ad celi regnum. vid. Chemnit. Exam. Concil. Trident. de invocat. Sanct. fol. 582. Citari men-  
tentur verba Apologiz August. Confess. ex articulo IX. de invocatione  
Sanctorum in lib. Symb. pag. 230. Christophorumpinxit aliquis vir prudens,  
nisi significaverit allegoriam, magnum oportere robur animi esse in his, qui  
ferrent Christum; hoc est, qui docerent Evangelium, aut confiteantur,  
quia necesse sit subire maxima pericula. Deinde folioli Monachis apud po-  
pulum docuerunt invocare Christophorum quasi talis polyphemus aliquando  
exitisset, hinc ex Pontificis aliqui nobiscum sentire coguntur. Vil-  
la Vincentius inquit: Dubium enim est pillarsam bane à E. Patribus  
in

en hunc usum propriè expositum, ut Evangelii præconem adumbrat,  
qui dum Christum extollit, & circumfert viendum, cognoscendumque  
omnibus, periclitatur in procellis & fluctibus, hispi mundi, sustentatus  
tamen spe iucundissimorum fructuum imposterum, & vel posthanc vi-  
tam suscipiendorum quos basilius superno virens & florens promittit.  
L. III. de ratione Studii Theolog. c. VII. Confer. Baronius in Martyro-  
XXV. Iuli Becanus lib. de invocatione Sanctorum pag. 113. Georgius  
eques armatus pingi solet, quem prout pictores penicillo, ita calamo  
descripsit Joh. Baptista Mantuanus in Georgio. Verè sanctum fuisse  
hunc Georgium testatur Laurentius Surius tom. II. mense April. pag.  
798. Serarius Lit. II p. 20. Extat epigramma Verantii Fortunanti de Ba-  
silica in Anglia, in quo de ejus martyrio (cit. Baron.) sequentes leguntur.

Carcere eades fiti, pinelis fame, frigore, flamnis. (tur versus:  
Confessus Christum duxit ad astra caput.

Qui viriliter potens, orientis in arce sepultus

Ecce sub occiduo cardine præberet opem.

Idem à pontificis his colitur verbis: Hic nos salvem à peccatis, ut in celo  
cum beatia possimus quiescere; Hinc Petrus Paulus Vergerius in Concil.  
Trident. cum traditionem hanc de Georgio non per omnia approba-  
re vellet, in discreta dignitate, smo vita ac capitis adductus fuit; te-  
ste Choran. l.c. fol. 375. a. Conf. Joh. Sleidan. Comment. de Stat. Relig.  
L. XXI. pag. 651. Micerl. H. E. L. III. Sed. II. Qu. XXIV. & XXVI. It.  
Qu. XLVIII. pag. 787. D. Gerh. Tom. VI. de Magist. Polit. §. 205. Atta-  
men quascunque crepant minas, quibuscumque leviant fulminibus, si-  
ne dubio hic Georgius in rerum natura nungquam fuit, adeo ut Gelasius  
dicit. XV. fabulam hanc hereticis tribuat inventoribus. Vid. Melchi-  
or Canus Loc. Com. lib. II. c. VI. Baronius, qui aliis in traditionibus hu-  
iusmodi censendis adeo religiosus esse non solet, hunc tamen Georgiu-  
m nunquam vixisse credit. Pictura illa S. Georgii, qua effigie vir eques  
armatus, qui hastæ cuspide draconem interficit, iuxta quem etiam virgo  
postea, manus supplices tendens imploras auxilium. Symboli potius, quam  
alienius historicæ opinor esse expressam imaginem. In nullius enim, que recen-  
sumus Gregorii actis antiquis, quoiquam ejusmodi legitur, sed à Jacobo  
de Voragine absque aliqua majorum autoritate, ea ad historiam refe-  
runtur, qua potius typum exprimunt, in Martyr. Rom. April. XXIII.  
Cum eo sentit Alcasar ad s. VII. Apoc. pag. 447. Conf. Andreæ Riverij

*Jesuita vapalans cap. VII. n. XX. XXI. pag. 128. Joh. Reinoldi de Ecclesiæ  
Romana Idolatriæ c. V. Sct. XXII. Similiter modo videtur Judæus  
ille fictus non mortalis ad Christianam religionem confirmandam.  
prout Christophorus & Georgius. Hac de causa D. Danhauer in Dra-  
mat. Sacr. Theat. II. (ubi phantasmata fictarum personarum introdu-  
cit) in eadem scena sicut Christophorus M. Georgium & Judæum  
immortalem.*

**S. IX.**

Ulterius falsitatis argumentum esse solet, si auctores diversi, cum ean-  
dem describunt rem, sibi non constent. Quemadmodum testimoni-  
onia illa, quæ Judæi adversus Salvatorem nostrum conquisiverunt, pa-  
rum estimantur inde, quod non convenerint inter se Marci XIV. v. 56.  
Imo pro nullo habentur testimonio Matth. XXVI. v. 59. Discordiam  
varietatemq; historicorum mendacii notaui dicit Paulus Diaconus *ib.*  
*IV. misel. c. II. & XIII.* Julius Capitol. in *maxim. & Balbin. c. XV.* De Ju-  
deo autem immortali tot diversa sententia, & tot contradictiones oc-  
currunt, ut exinde optimo jure suspecta habeatur illa relatio. Matthæ-  
us Paris, cumque eo Cluverus & alii scribunt, hominem hunc, ante Ba-  
ptismum Carraphilum, postquam vero ac Ananias baptisatus, Josephum  
appellatum fuisse. Botoreus in historia nomen huic fuisse refert Gre-  
gorii, Libavius in praxi Alchimiæ eundem Buttadæum appellat. Chry-  
stostomus Dudulæus ex relatione Pauli ab Eizen Ahaverum vocat, Su-  
torem se fuisse dixit Hamburgiac Numburgi, adeo ut fortunarii sua-  
rum sedem non procul à porta in civitate Jerusalem habuerit, refe-  
rente Paulo ab Eizen, Chrysostomo Dudulæo, Nicolao Helvadero &c.  
Paris vero & Cluverus cum janitorem fuisse Pilati tradunt, Rudolphus  
Botoreus ac Bulengerus cerdonem dicunt. Hinc ille Judæum hunc, Sal-  
vatorem nostrum abegisse de taberna sua, forma sive formula calcei,  
hi vero pugno scribunt, Numburgi nec stare nec sedere potuit, adeo ut  
durante concione in templo modo antrorsum modo retrorsum iverit.  
Dixit ibidem, quod haec tenuis nec noctu nec die quieterit, sed sine tibo  
ac potu, absque somno & quiete miraculosè tot secola conservatus  
fuerit. In Armenia autem non solum stare sed & sedere, imo aliquoties  
cibum capere potuit, cum Episcopo Armeniae prout Paris notavit,  
Hamburgi & in Armenia munera sibi oblata contempserit, nec ultra  
duos accepit obulos, ex quibus illico elemosynas fecit, vid. Dudulæus  
ac Parisius. Numburgi autem à mercatoribus amplissimis ornatus  
est munieribus.

**S. X.**

§. X.

Et quis tandem crederet, Salvatorem nostrum amantissimum, qui ad miraculum usque patienter tolit sputum, colaphos, verba, flagella & ipsum crucis supplicium, limites hujus virtutis circa misellum hunc Judæum transgressum esse? Tanta sane ejus fuit patientia, ut latroni in cruce conversionis fuerit occasio. Hic enim citra dubium de Christi miraculis varia audiverat, quæ tamen parum curavit. In cruce videbat Dominum non miracula edentem, sed opprobria injusta patientem, tunc dixit: Nos quidem justè, hic vero quid mali fecit? Luc. XXIII. v. 41. Cum injurias & maledicta susciperet, derisus & contemptus, malignam illam, & longo usq; obdurate latronis mentem immutare valuit. In crucis jam constituto doloribus Salvatori nostro Principes Sacerdotum cum Scribis & Senioribus illudentes dicebant: Si Rex Israel est, descendat hinc de cruce, & credimus illi Matth. XXVII. v. 42. Quærat alius, cur non descenderit? Siquidem viri Primates, huic miraculo se credituros promiserint: Respondet Augustinus tract. XXXVII. in Joh. circa finem: Qui patientiam docebat, ideo poterit quasi commotus ad eorum verba descendisse, vietus compitiorum dolore existimaretur. Nam quid magnum ei fuit de cruce descendere, qui potuit resurgere de Sepulchro? Hinc Tertullianus jure invenitur adversus Pharisæorum Principes, quod innocentiam Salvatoris Domini nostri videntes, tot opprobria, & dolores, & cruciatus tanta patientia ferentes, non crediderint in Deum lib. de Patientia c. III. Qui flagellationes, coronam spicam, quos universus Dæmonum grec excoxitare valuit cruciatus, absque minis tulit, & hujus malitia Sutoris confuti, injurias praesenti animo suscipere paratus fuisset. Is convitus affectus non vicissim committabatur, cum malis affectetur non minabatur, sed committebat causam eam ei, qui justè judicat I. Petr. II. v. 23. Id quid certum, ingentem foisse ligni molem, cuī vir maturæ etatis erat affigendus; Item Sacatorem nostrum viribus fractum, lento incessuisse gradu; verum Judæi & milites ad supplicii executionem constituti, minis ac verberibus bajulo afflictissimo in via molesti esse noblebant, quin portius du sublevando onere cogitaverint. Cum enim ita contextus doloribus, tum ex agonia in horto, tum ex verberibus, vexationibus, & flagris ministrorum ei illudentium tum ex continuis vigiliis, ex flagellatione, & coronæ tandem spiacæ violenta impositione, adeo ut oneri crucis ferendo vix par-

deretur, imponuerunt Simoni Cyrenio Christi ceucem Matth. XXVII.  
v.32. Marc. XV, v.21. Luc. XXIII. v.26. Non ut viribus exhausto benefac-  
terent, sed ne forte Salvator, quem severioribus suppliciis servatum vo-  
lebant, sub crucis onere exspiret ac emoriatur. Hinc constat, relationis  
hujus auctorē, sibi de simplicitate vulgi ludos facere, ac ferē jam demen-  
ratam fragmentis fallere voluisse. Credimus ergo commentum hoc ina-  
ne inter aniles illas fabulas, quas verū, dum fusum digitis torquent,  
ad lucernam inter juvenculas narrare solent, esse numerandum.

S. XI.

Thesi probata ordo postulat, ut anthithesin experiamur. Qui sub  
hujus vexillis stipendia faciunt, defendere nituntur Iudeum memorati  
vixisse olim, & nostris adhuc superesse temporibus. Chrysostomus Du-  
daluſ in Relation. Germ. & ex eo Joh. Georg. Had. Klequenibus rem  
tradunt & probant: Es ha⁹ Paulus von Eizien der Heiligen Schrift  
„Doctor, wahrhaftig zu seyn für eslichen Jahren erziehet als er in sei-  
„ner Jugend zu Wittenberg studirte und im Winter an. MDLXIV.  
„heim zu seinen Eltern gen Hamburg gereiset / habe er den nebstens  
„Sontag in der Kirchen unter der Predigt einen langen Mann/wel-  
„cher eine lange Person/ mit langen über die Schultern gehangenen  
„Haaren gegen der Canzel über Barfuß geseheu/welcher mit solicher  
„Andacht die Predigt angehört/daz wenn der Nahme Jesu genein  
„net wurd/sich höchst und demügtig geneiget/an seine Brust inniglich  
„geschlagē und geseußhet. Er aber hat keine andere Kleidung gehabt  
„in solchem harten und kalten Winter/aus ein armer Bettler. Nun  
„hat gleichwohl vorgemechster Doctor nach gehaltner Predigt fleißig  
„nachgefraget/an welchem Ort der Mann anzutreffen sey/und nach  
„dem er solches erforschet/ hat er sich bey ihm gar eigendlich erkundis  
„get/ woher er wäre/ und wie lang er sich im Winter aufzehalten/  
„darauff hat er nun bescheidenlich geantwortet und gesaget: Er sey  
„ein gebohrner Jude von Jerusalem gebürtig/ mit Nahmen heisse er  
„Ahasverus, seines Handwerks ein Schuhmacher daselbst/ auch bey  
„der Kreuzigung Christi und seine Tode damahls persönlich gewes-  
„sen/ und also von der Zeit hero lebendig geblieben. ... Was nun  
„Gott mit ihm vor habe/daz er in diesem elenden Leben si herumb  
„wandern/ und ihn so elendiglich anschauen lasse/könne er nichts an-  
„ders gedachten/Gott wolle an Ihn vielleicht bis an den Jüngste Tag/ wie

wider die Juden einen lebendigen Zeugen/dadurch die Ungläubigen  
und Gottlosen alle/welche sich zwar Christen nennen/des Sterbens  
Christi zu erinnern und sie zur Buße möchte beföhret werde. Seines  
theils möchte er wol leiden/dah ihn Gott aus diesem schänden Leben  
und Jammerthal in den Himmel absortere. His addi potest Antonius  
Colerus, qui Judæum hunc immortalē Lubecæ suo tempore fuisse  
testatur prout verba Henrici Batzerti §. III. citata ostendunt.

S. XII.

Ex his, quæ vim aliquam inferendi habere videntur, sunt : (1) Quod  
D. Paulus ab Eizen cum Judæo illo fuerit locutus. (2) Qod homo ille  
se immortalē circumvagans Judæum dixerit. Verum ex mente  
Chrysostomi illa valent non in statu, sed in ampliatione. Non enim  
Theologiz Doctor, sed juvenis, qui postea summos consecutus hono-  
res, vidit hominem statu magnum, crinibus per humeros diffusis, dis-  
calceatum; Juvenes autem creduli sunt, quia nondum in multis deceperis,  
inquit Aristot. II. Rhetor. c. XII. Nec etiam Paulus ab Eizen illa retulit  
Chrysostomo Dudulaō, qui aliquot annos post illum vixit, sed forte  
rumori ac famæ inconstanti fidem habuit. Fama quodammodo videtur  
veritatem prospicere & audire; quam ob causam sepius numero fallit, & tum  
ad gratiam blanditur, tum etiam medacia spargit, juxta Elianum L. I.  
Hinc bene Virgilius L. IV. Aeneid. v. 175.

Fama malum quod non aliud velocius ullum  
Mobilitate viger, viresque acquirit eundo.

Parva metu primos, mox sese attollit in auras,

Ingrediturque solo, & caput inter nubila condit.

Habuit enim i dispensationem in augurium Wittenbergæ de discrimi-  
ne veræ Ecclesie Dei & aliorum huminum, iub præsidio Philippi Mel-  
anchthonis Anno MDI. VI. d. XVIII. Maij. Ergo ilic Paulus ab Eizen  
Anno M DLXXIV. ulcus Juvenis non fuit; Anno LX. ejusdem seculi  
Commentarium in Genesim ut D. Theol. & Superint. publici juris fecit.  
Ad Coleri testimonium Relip. privatum al quod esse documentum, ad  
rem tantu momenti probandam plane ineptum; Imprimis cum nulla  
addita sit circumstantia, quæ relationis ex parte fidem concilisere queat.  
Vix credibile immortalē hunc Judæum Hamburgi ac Lubeca fuisse,  
adeo ut nemo præter Paulum ab Eizen & Antonium Colerum ejus ha-  
buerit notitiam. Et licet omnia bene te haberent, vix tamen aliquis ar-

gumenti hujus probaret consequentiam ; Quia homo ille à Dudalæo  
descriptus se immortalem esse dixit, ergo revera talis fuit. Si illa val-  
ret ratio, quid fieri de falsis Salvatoris testibus, Benchoabus multis arcis-  
bus in Iudea occupatis per XXX, annos Messias sibi tribuit nomen, à  
suis tandem occisis, de quo conf. Micræl. H. E. Lib. II. Sect. I. quæst.  
XXXV. Origenes lib. I. contra Celsum narrat, quod Dositæus Samaritanus  
post Christum natum se Messiam esse dixerit, De Theuda refert Lu-  
cas in actis Apostolor, quod se aliquid magni esse alii persuadere labo-  
raverit, adeo circiter CCC homines in suas traxerit partes, qui tan-  
dem occisus e. V. v. 36. Præstigiatorem hunc Josephus appellat, cuius ca-  
put abscissum Hierosolymas est portatum lib. XX. Antiquitatum c. II.

S. XIII.

De Simone Mago in Actis c. VIII. v. 19, legitur, quod artibus magicis  
hanc sibi conciliaverit autoritatem, ut omnes ferè homines illum tan-  
quam Magnam Dei virtutem observaverint. De eo refert Tertullianus  
Iust. Martyr, Ireneus & Eusebius, quod illi Romæ statua fuerit pos-  
ita, hac inscriptione : Simoni Deo Sancto vid. Camerarius tom. I. ope-  
rum in horis succubis pag. 327. Putant tamen nonnulli, statuam hanc  
non fuisse erectam Simoni Mago, sed Deo illi Sabinorum antiquissi-  
mo, qui Semino Sancus Fidius dictus ; Cum Romæ in Tyberis Insula anno  
Christi MD XIV. lapis fuerit effosus hac in inscriptione : Semoni, San-  
co, Deo, Fidio, Sacrum. Hojus Dei mentionem fecerunt Livius Lib.  
VIII. Ovidius lib. VI. Fastor. Dionysius Halicarnasseus Lib. IV. Augusti-  
nus de Civit. Dei. Confer. Micrahius loc. cit. p. 287. Gregorius Turonensis  
lib. XI. Historia. VI. narrat de quodam Burdegalensi Desiderio, quod is  
magica arte hominibus imposuerit, seque Christum esse mira abstinea-  
tia ( quam tamen ingluvie clam abunde compensavit ) confirmare vo-  
luerit, qui tandem dolo cogitare urbe ejus est. Huc referri potest  
David Georgius, qui circa annum MDXXVII. se Christum esse docuit.  
Tradidit is Scripturam S. esse imperfectam, suam tamen doctrinam ad  
hominis salutem esse sufficientem ; Se mundum judicaturum, immorta-  
lem imo, ipso Christo esse præstantiorem, cum etiam peccatum in Spi-  
ritum S. remittere se possit gloriatus sit, Thuan. lib. XX. Nostro Seculo  
Quakerorum Princeps James Naylor Dei affectavit titulum, Is enim  
anno M DCLVI. d. 24. Octobr. una cum Timotheo Wedlock oppidum  
Bristol ingressus, cui duæ mulieres equum dueabant canentes : Sanctos,

San-

Sanctus, Sanctus est Deus Israel. Cum vero idem & septem ejus discipuli in carcere ducerentur, Prophetam se à Deo missum, agnum Dei, & unigenitum Dei filium dixit, vid. Theodor. Rhay in *confusa confessione Tremenitum seu Quakerorum c. III. p. 23.* Examen & criminalis execu-  
tio reperiuntur in libro cui titulus: Quaker Jesus, Confer, Lassenius von der Quaker Sect. Daniel Hartnacius continuat, Micrel, alium nomi-  
nat ex Quakerorum Secta Gylpin de Kendal qui simili modo Deum se esse mentitus est. Is enim anno MDCLIII, Mense Mayo rupit quodam  
per plateas discurrens, tandem ante forem musici cui iudicium constitutum, & a-  
periri eas sibi petiti, eo quod Christus adesse. Intromissus autem veluti ta-  
bidus & mente capius musica quad im instrumento corripit fidibus, sed  
minime ad artus prescriptum canere. Standam saltare incipit. Regatus  
causam, & quid sibi gesticulationes illae velint? respondit, se quidem musica  
minime omnium deliciarum, sed spiritum sibi modo significasse, quod simile  
gaudium sit in celo super conversione peccatoris pag. 1058. Si vero facile  
quis his confessionibus non movetur, quomodo ergo homo ille, qui se  
Iudeum dixit immortalem illico fidem facere potuit?

S. XIV.

Verum sine dubio excipient, scivisse tamen hunc hominem exactis  
passionis Christi circumstantias, de ejus resurrectione, & iis qui cum  
Christo resurrexerunt, & Sanctorum venerunt civitatem. Ulterius nar-  
ravit varia de Apostolis, ejusque discipulis, de Rerum publicarum mu-  
tationibus; Variis etiam usus est linguis in Germania germanica, in  
Gallia gallica, in Hispania hispanica est locutus lingua, adeo ut quasi  
his confirmaverit illa, qua retulit de ejus conditione. Vixit pre-  
terea piè ac religiosè prout de illo Paril. loc. cit. refert. Sed respon-  
demus hanc objecctionem petere principium. An enim unquam talis  
homo fuerit, qui immortalem se dixit Iudeum, omnibus illis circum-  
stantiis, quemadmodum referri solet, illud est, de quo dubitamus.  
Et licet concedatur, fuisse aliquando tamē, qui nonnulla de Sal-  
uatoris nostri morte recensere valuerit Iudeum; Vel enim illa,  
qua protulit, scripta sunt in verbo Dei, vel in Historia antiqua, vel  
minus. Si prius, inde petere potuit, qua recensuit. Si posterius,  
dubium adhuc erit, num vera sint illa, qua dicit. Fuisserent enim illa,  
qua præter Scripturam sacram retulit, vel de fide, & se omnino fal-  
sa. Nobis enim curiositate opus non est, præf. Jesum Christum, nec in-  
quisitione post Evangelium, cum enim credimus, nihil desideramus ultra

eredere, quia hec primum credimur non esse quod ultra credere debeamus, sunt verba Tertulliani de prescript. adversus Hæret. c. VIII. pag. 107. edit. Commel. anno MDCVIII. Conf. Chrysost. Homil. XLIX. operis imperfecti; Quid si diversa à Scripturā fabulare vultis, cur nobiscum concertatis, qui neque loqui, ne quo audire sustinemus, quod extrinsum sit ab istis, scribit Athanasius epist. de incarnat. Christi contra Apollinarium tom. I. fol. 484. Vel de moribus, ut quæ ad historiam spectant, tunc probandum restaret, illa non reperitur in ullo historico; & non esse figmentum ejus qui dicit. Ad linguarum usum diversum responderetur, in omni seculo fuisse homines, qui linguarum dono fuere instructi; nemo tamen hos pro mundi miraculis habuit, multo minus pro non mortaliibus. Fuit hic Regiomonti anno MCXXXVI. homo nequisissimus, qui se summum Deum mentiebatur esse, hinc talen sibi composuit honoris montem: Vir Johann Albrecht Adelgreiff Syrdos Amada Canara. Kikis, Schmakkallais, Elioris, Über Erzt. Hoherpriester Kayser und des Heiligen Göttlichen Reichs König der ganzen Welt Fries de. Fürst. Richter der Lebendigen und der Todten. GÖDE und der Vater in welches Herrlichkeit CHNIGEUS kommen soll zum Jüngsten Gericht. HERR aller Herren und König aller Könige. Hos titulos variis ensibus confirmatae miraculis, linguis variis usus, Hebraica, Græca, Latinâ, Polonica, Litvanica, Curonicâ, Boheمية, & Germanicâ. Dignam vero impostor ille consecutus est mercedem, dum die XI. Octobt. decollatus, at ejus cadaver igne consumptum fuit. De illo legi potest Theatrum Europæum Tom. III. pag. 720. Elias Prætorius im Spiegel der Missbräuche. M. Christoph. Hartknoch. H. E. Prussia p. 588.

### S. XV.

Hæret tamen adhuc serpulus, Objiciunt quippe vixisse hunc piè ac honestè, adeo ut judicii diem semper exspectaverit, victu moderato & vestitu contentus, omnes divitias & munera sibi oblata contempserit, prout de illo scribit Paris loc. cit. Verum & is facilis negotio eximitur. Vixerunt olim Gentiles, Judæi & alii satis honestè ac religiosè, & adhuc vivent. Fuit superiori seculo aliquis Agyrra, qui se Johannem Evangelistam esse mentitus est. Vixit is procul dubio religiosè ac piè alias nec vulgo satis erudito fidem facere potuisse. Attamea Tolosæ in Hispania est combustus, de quo Gisbertus Voëtius disput. Select.

Select. part. I. pag. 1445. Divitias ac opes contempserunt variis. Inter alios nominamus Joachimum Fortium Ringelbergium, cuius verba sequentia citat Melchior Adami in vita Philosophorum pag. 48. *Eo sum ingenio, semper fui, & semper ero, ut summam inopiam quam summas opes malim me insuerem enim ne perniciofa esca mentem occuparet meam, ne de tam vilis metalli cura studia dulcissima impidiret.* Mediocrem modum ad vitam tuendam necessarium esse non pernego, nec aurum contemno, sed magnas opes quae mentem à literis abducere queant. Ferè sicut bona animi, corporis mala, rursumque corporis bona, animi mala sunt. Nihil sanè rarius, nihilque magis arduum puto, quam hominem esse, & crudum & divitem; Nihil ergo Judæus hic immortalis peculiare retinet quo relationi veritatem conciliare potuerit.

§. XVI.

Ulterius Johann. Georg. Hadck. cum aliis sufficienter fabulans hanc defendi posse putant, exinde, quod Johannes e. XX. v. 30. dicat: *Multa etiam alia edidit signa Jesus in discipulorum suorum conspectu que non sunt scripta in libro.* Item c. XXI. v. 25. *Sunt autem & alia multa que fecit Jesus, que si scribantur sigillatim, ne quidem mundum ipsum opinor capturatum, eos, qui scriberentur libros.* Sed quid illa ad Judæum immortalem? Hic medium terminus Syllogismum, virtutissimum ex puris conficeret particularibus: *Aliqua miracula, que Deus fecit, non sunt scripta.* Traditio de Judæo immortali, est aliquod miraculum, Ergo. Similis est collectio, ac si quis inferret: *Aliquis homo est, immortalis, nempe ex mente Parisi, Duduleus est alius homo.* Ergo est ille immortalis Judæus, cuitantopere patrocinatur. Hoc modo commentitur qualibet fabella pro divinis haberentur miraculis. Et sanè si Evangeliste ex illorum sententia, & aliij antiquissimi historici, de Judæo immortali studio nihil notaverunt, quis hanc licentiam dedit Duduleus & alii, ut illa Scriptis tradenter? *Cum Christus ipse tacuerit ea, quis nostrum dicat: illa vel illa sunt.* Aut si dicere audet, unde probabit? *Quia enim est tanus, aut temerarius, qui cum dixerit etiam verba, quibus voluerit, & qua voluerit, sine ullo testimonio divino affirmat ea esse, que tunc Dominus dicere voluit;* Scribit egregie Augustinus tractat. XVI. in Johann. Multa esse facta, quae tamen non sunt scripta, certum quidem est, sed exinde colligere; Ergo hoc vel illud factum & non,

C

Icri.

scriptum, citra crimen fallacia consequentis non licet : A non distributo enim ad distributum, non valet consequentia.

§. XVII.

Porro objiciunt nonnulli nos penitus vanam esse sententiam, quam multi populi celebrant ex Hesiod. lib. I. operum & dierum v. 762. & Aristotele VII. Ethicorum c. XIII. Famam temere nasci non soleat, juxta Cic. lib. II. ad Horen. De Judæo immortaliter plurimi, ac præclarí testantur historicí, antiqui pariter ac neoterici. Ex antiquis Mathæus Parisius, qui teste Antonio Possevino seculo XIV. post natum Christum, vel postius juxta calculum Vossii tract. II. de Histor. Græc. & lat. Seculo XII. anno MCCXLII. vixit. Nec est quod de ejus ailiquis dubitet sinceritate, cum à Flacio Illyrico, Stratemannio, & aliis inter veritatis testes si relatus. Johannes Cluverus in Academia Sorana Professor Regius, vir de Historia meritissimus, prout in aliis sic & in relatione praesenti, Parisii confirmat sententiam. His addi possunt variis in antecedentibus nominati. Verum respondetur, potentissimam quidem esse probationem, si ostendi queat omnes in quod dicimus consentire, juxta Aristotel. lib. Eodem, c. VI. & Senec. epist. CXVI. Non tamen quicquid unus aut alter assertat, instar Evangelii est recipiendum. Ad Ciceronis verba respondetur ex Cicer. loc. cit. *Non facile debere credi rumoribus.* Parisius in aliis Historicis non contemnit, attamen interdusp. bonus dormitat Homerus : *Vix ullum reperiri Hæflicum etiam si soli querendus tradatur, in quo non labecula aliquia deprehendi queat,* inquit Nicodemus Frischlin. Method. Hist. pag. 83. Conf. Kirchmayer in historia Flamenorum. Quidam vero creduli, quidam negligentes, quibusdam mendacium obrepit, quibusdam placet, illi non evitant, hi appetunt, teste Senec. lib. VII. natur. quæst. c. XVI. Flacius ac Stratemannus, Parisium veritatis testem dicunt, non propter fabulam de Judæo immortalis, sed quia bona fide, quæ contra papatum faciunt, annotata reliquunt. Verba Stratemannii sunt : *Scriptis hic testis veritatis historiam Anglicam, in qua en rmita Scelerata Pontificum egregie depinxit, vocans eos Anti-Chrystos, furæ nocturnos ac latrones, Exitu IX. Waldens pag. 811.* Flacius in Catalogo testimoniis veritatis à fol. 366. ad 378. ex Parilio delicta Pontificum notavit. Inter alia vero graviora, paucissima citamus verba, quæ Parisius ad annum Domini MCCLIV. notata reliquit : *Transiit hic annus Romane Ecclesiæ*

sesta & Papali curia, si devotionem reputes, virulentissimus. Exspavit enim quia consuevit haberi devotio, habita a Prelatis & Populo, penes matrem Romanam Ecclesiam, & Patrem & Pastorem Dominum nostrum Papam; Et stilla curia fideles Christimultoties, usque ad amaritudinem Spiritus eruentaverit, nunquam tamen sicut & sequentis anno, tam letaliter, universos Chrysostomi servos & singulos, saucivit. Coguntur enim insontes idololatria, & quasi apostatae veritati, quae Deus est, abrenunciare; Et prater hoc, quod inolerabile est, temporalia bona violenter depredantur. Papa operatur omnia, non in edificationem, sed in ruinam. -- Concessa fuit decima in subsidium terra & sanctae, cogimur eam transferre in subsidium Apuliae, contra Christianos. Ex obligatione injustissima, graviora subire cogimur: Multipliciter mentiri, falso juramento prestito, quod in utroque testamento cœlinus prohibetur. Concedere cogimur terminos solutionis, quos ullo modo possumus observare, nisi incidamus in laqueos usurvariorum, quos socios eorum & participes novimus; Datur potestas personis profligis indignis, super nobiles Ecclesias, venduntur Prelati ut boves & asini &c.

### S. XVIII.

Nec sine insigni vicio à particulari ad universale argumentari licet; Vara refert Parisi, in uno vel in alio loco, ergo semper Bellarmineum Orthodoxizæ testem esse, integro ostendit libro Doct. Joh. Gerh. Idem, conscripsit Confessionem Catholicam, ubi Pontificiorum colligit testimonia contra Pontificios, D. Joh. Georg. Dorfshaus, Thomam Aquinatem, veritatis confessorem esse, prolixè probavit. Exinde tamen nec nominati Theologi celeberrimi, nec reliqui veræ Ecclesiæ Doctores, colligunt quod vel Bellarmineus, vel Thomas de Aquino, nunquam falsa scripserint. Ipse Diabolus aliquando vera loquitur, ut constat ex Marc. III. v. 11. & 12. ex Luc. IV. v. 41. Qua loca egregie explicavit (forte) D. Bebelius, in libello cui titulum fecit: testimonium Diabolorum; Interim verissima sunt, quæ glorioissimus noster Salvator inquit J. h. VIII. v. 44. Quoiescumque Diabolus loquitur mendacium, de suo loquitur, quia mendax est & pater mendacii. Confessum est Diabolo interdum vera dicere ut mendacium suum rara veritate commenderet, si enim nunquam verum diceret, nec ad ieiunationem poterat sufficere defectio ejus, inquit Chrysostomus.

Op̄er Imperf. in Matth. (vel quicunque hujus operis autor. Petrus  
Wastelius Carmelita in vindiciis suis, Joh. Hierosolymit. esse putat.  
Alii autem vel Ariani cujusdam, vel Catholici, & ab Arianis corru-  
ptum judicant, vid. D. Dorschaus disp. abus. pag. 138. Robertus Bel-  
larmin. de Script. Eccles. pag. 94.) homil. XIX. Hinc univeralissima  
Apostoli & hic obtinet regula: *Omnia probate quod bonum est retinete.*  
I. Theol. V. v. 21. Ab hujus auctioris, Parisi nempe nuru, reliqui o-  
mnies toti pendent; Hinc parum illos juvat, licet fabulam hanc or-  
nare velint societate magni viri, qui eundem ipsis erraverit errorem.  
*Peccantium enim multitudo non parit errori patrocinium*, iuxta Hiero-  
nymi epist. LXVI. ad Russinum. Similes hi sunt Pastori, cui per-  
suasissimum erat, nihil omnino esse falsum, quod semel typis esset  
excusum, de quo Melchior Canus lib. II. loc. Com. cap. penultimo.  
Prout nec Ecclesia, nec Papa, de non Canonico libro possunt face-  
re Canonicum, iuxta Bellarm. Lib. I. de Verbo Dei c. X. & Gretsch-  
erum in defensione Bellarm. Ita nec aliquot Historici fabulam in ve-  
ram transmutare possunt historiam. Communi laborante vitio su-  
perstitionis rerum gestarum auctores, ut oscitante primo oscitent &  
alii. Error aliquoties repetitus in veram historiam converti non so-  
let. Putat equidem Cluverus tempore Parisii communem fuisse fa-  
bnam de Iudeo immortali, sed historia veritas non pedet à vulgo &  
hic enim fabulis delectatur, adeò ut bene dixerit B. Lutherus in collo-  
quii commenalibus fol. 19.4. Der grossi Hauffe will einen Mo-  
sen mit Hövenern haben. Nulla prionior ad errorem atque praeipi-  
tuum via est, quam per vulgi ire vestigia. Uude Democritus: *Une  
mibi pro populo est populus pro uno*, vid. Senec. Epist. VII. Cluverum  
obtorto quasi collo, ac invitum, hujus figmenti patroci rapiunt. E-  
jus verbi sunt sequentia: *Habebant & in sermonibus rem plenisque in-  
credibilem Saxoness nostri nimirum commeare per urbes Iudaum quen-  
dam immortalē.* -- *Vixa & nobis res portentosa mendacio affinis &c.*  
Haec verba Anonymus ut in suas partes commodius trahere posset, se-  
quenti modo vertit: Es haben uns (in diesem MDCIV. Jahr unsere  
Sachsen für gewiß berichtet / ic. En in limine dolum! Nihil enim  
de certitudine relationes in textu, quin potius plenisque incredibilem  
dixit.


§. XIX.  
Tandem nonnulli putant concedenda esse illa omnis, quæ de Ju-  
dæo

dæo circumferuntur, eum faciant ad confirmandam passionis historiam, Salvatoris nostri omnipotentiam, Judæorum item convincendam pertinaciam, ad redarguendam. Illud intendere videtur Paris. loc. cit. Cluverus & Henricus Bangertus. Isenim loco citato sequentia tradit: Si vera essent, quæ Marius Paris ante hosce annos quadringtones de illo, ad annum MCGXXVIII. & MCCLVII. postea vitas prodidit, quaque postea sub initium seculi nostri, eodem videlicet tempore, quo Colerus hoc notavit, Chrysostomus Dudulanus peculiariter scripto vngavit, egregium sanè Christiana fides argumentum contra Judæos praberent. Sed non est, ut aliquis cum divite ex Luc. XVI. è mortuis suscitatum vel immortalem desideret legis ac Evangelii interpretem, Restant Evangelistarum scripta, ex quibus sufficientissima passionis cognitio peti potest; Reliqua omnia circa fabulas expediri possunt. Sine mendacio confirmabitur verbum legis, & sapientia in ore fideis complanabitur. Syrach. cap. XXXIV. v. 8. Qualis ista probandi ratio, ex falsis velle colligere vera? In promovenda veritate divina, fabulae prohibita sunt: Numquid enim Dens indigeretistro mendacio, si pro eo loquamini dolos? Job. XIII, v. 7. Hoc modo quis veritati notam inureret, ac si circa mendacii patrocinium defendendi non posset. Nec historia debet egredi veritatem, & honestè factis veritas sufficiat, inquit Plin. lib. VII. Epist. XXXIII. Ex hujusmodi fabellis adversarii ansam capiunt calumniandi, quemadmodum egregie idem explicat Joh. Hornbeck de convincendis Judæis in protleg. §. V. pag. 18. Inter qua (figmenta) hoc loco præter eundum non videatur, quod nibi à Judæis quandoque exprebratum, ubi videbant, ex vano aliquo rumore, ad sua loca confluere, immenjan hominum papalium turbam visuorum (ut falso sparsum fuerat) Indeum, qui à Christi temporibus superfluerat, & vagari incertis sedibus credebatur usque ad diem adventus Christi novissimum, quarebant: at tale quid de Judæo aliquo nostra in lege (scilicet vulgo loquuntur) contineretur? & quomodo adeo credulæ essent Christiani & mendacis addicti? Factor haud leve scandalum sic ipsæ objici. Jam & historia nonnullis, cetera non haud insimile insertam illam vagantis Judæi legendam magis indignamur. Merè nuge &c. Aristoteles aliquando interrogatus; quid luci facerent mendaces? respondit: ut quando veriam dicunt iis non creditur, vide

Diogen.

**Diogen. Laert. in vit. Philosoph.** Franciscus Patricius in discurr. Peripat. fol. 12. *Quicunque turpi fraude semel innocentis, etiam si verum dicit, amittit fidem*, inquit Phœdrus fab. X, lib. I. Ad hæc testimonia citata non probant probandum, sub certa conditione, si vera eset nempe relatio, firmissimum inde peti possit contra Judæos argumentum, credunt citati Historici. Verum hic conditionalis nihil ponit, cum in antecedentibus evictum sit, traditionem hanc, otiosi alicujus ingenii excrementum, non veram sapere historiam. Hujusmodi nugis, piäm adhibuit censorum Mantuanus, cujus verba Coronidis loco citamus :

- - - Nullus idoneus auctor  
Nec tefis productus adhuc ; Ideoque relinquamus  
Talia, qua possunt, que tam figura videri.  
Nostra etenim nugas, deliramentaque dannas  
Religio, nec dat linguis mendacibus aures.



OO A 6357




f

56.

vD 18

7000





20  
DISSERTATIO HISTORICA,  
DE  
**JUDAEO NON.**  
**MORTALI,**  
Vulgo  
**Nom ewigen Suden/**  
*Quam*  
**ADJUVANTE DEO IMMORTALI,**  
CONSENSU  
*Amplissime Facultatis Philosophice,*  
Certaminis publici argumentum facient  
PRÆSES  
**M. CHRISTOPHORVS**  
**SCHULTZ,**  
Regiom. Pruss.  
ET  
RESPONDENS  
**MARTINUS Schmied/**  
Slavia Pomer.  
SS. Theol. & Philos. Stud.  
IN AUDITORIO PHILOSOPHORUM,  
ob argumenti raritatem recusa.

REGIOMONTI, Anno MDCCXI.

